

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula VII. Genus non est quid accidentarium speciei

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

omnes formæ continentur potentiâ in materiâ primâ: quam ob causam & genus materiæ assimilatur, sicut paulò post videbimus. Quoad prædicationem etiam ambitu suo genus omnes species continet, quia de omnibus potest prædicari, & quidem directè. At hõc modò species non continet genus, partim, quia actu potiùs id continet, partim, quia non de omnibus prædicari potest, de quibus genus prædicatur.

## REGULA VII.

<sup>non</sup> Genus est quid accidentarium species

IV. Top. cap. I.

I. Prædicatur enim genus de specie in quid. Quicquid autem de aliquò in quid prædicatur, id de essentiâ ejus est, & per consequens non potest esse accidentarium.

II. Colligimus hinc, comprehensionem præceptorum, vel artem sumtam pro comprehensione præceptorum, non esse genus artium, ut artis medendi, ædificandi, &c. contra Ramistas: quia comprehensio præceptorum est quid accidentale artibus, quod quidem ita probamus:

*Quicquid est de essentiâ rei, eo negata, non potest res dari.*

*At negata præceptorum comprehensione, potest dari qualibet ars.*

E. præ

E. præ  
tio  
Minor  
prehea  
dari ab  
Conseq  
Antece  
& form  
rectus,  
nec tar  
præcep  
eorum  
cum ea  
sunt, qu  
tem ad  
actu fo  
endum  
sitione  
concip

Gen

I. C  
XII. l.  
tur ge  
materi  
in Hago  
II. C



*E. praeceptorum comprehensio non est de essentia artium.*

Minor probatur: datur artifex absque comprehensione praeceptorum. E. & ars potest dari absque comprehensione praeceptorum. Consequentia patet ex loco conjugatorum. Antecedens probatur: dicitur aliquis actu & formaliter artifex, v.g. Medicus aut architectus, etiam dum dormit, comedit, ludit; nec tamen tunc actu & formaliter in ipso praecepta sunt. Tunc enim solum praeceptorumque comprehensio actu in aliquo sunt, cum ea concipiuntur, siquidem nihil aliud sunt, quam propositiones: propositiones autem actu & formaliter non sunt, nisi quando actu formantur. At quis dicat, inter dormiendum, comedendum aut ludendum propositiones artium semper ab artifice formari & concipi?

## REGULA IIX.

*Genus est ut materia, differentia ut forma.*

I. Genus est ut materia, VII. *Metaph. c. XII. t. 43.* Genus est materia ejus, cujus dicitur genus, X. *Metaph. c. XI.* Genus est simile materiae, differentia formae, ait Porphyrius in *Isagoge.*

II. Genus non est materia, nec differentia ipsa